



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XXIV. Markgraf Hermann verspricht der Stadt Perleberg zum Nachtheil keine Mühle zu erbauen, im Jahre 1307.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

hant, quantum possumus favoribus prosequimur opportunis. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Rectoris parochialis Ecclesie, Sculteti, Scabinorum, Proconsulum, Consulium et universitatis oppidi Perleberghæ, Havelbergenfis diocesis, nobis nuper exhibita, continebat, quod sepe contingit, dictum oppidum ecclesiastico subijci interdicto eo, quod a nonnullis iudicibus, tam a sede apostolica vel ejus legatis seu delegatis deputatis, aut eorum subdelegatis sive Commissariis, diversis fungentibus auctoritatibus, quam etiam ab ordinariis Civitatis Havelbergenfis et dicte diocesis et aliorum locorum, tam in personas extraneas accedentes ad dictum oppidum et ad illud declinantes causa ibidem comedendi vel bibendi seu etiam pernoctandi aut alia negotia pertractandi, quam etiam incolas et habitatores ipsius oppidi et alias inibi lares suos foventes vel alia bona immobilia habentes ibidem excommunicationis seu interdicti sentencie fulminate existunt, vel etiam est eisdem ingressus Ecclesie interdictus, et quandoque predicti iudices mandant in eorum processibus vel interdum vigore provincialium aut synodaliū constitutionum prohibetur, ne in dicto oppido etiam post recessum talium personarum excommunicatarum vel quibus est, ut presertur, ingressus Ecclesie interdictus, per dies et interdum per menses aliquot divina officia celebrentur, absque culpa predictorum Rectoris, Sculteti, Scabinorum, Proconsulum, Consulium et universitatis, propter que divinus cultus minuitur et exinde diversa animarum pericula subsequuntur ac populi devotio retardatur atque languescit. Quare pro parte dictorum Rectoris, Sculteti, Scabinorum, Proconsulum, Consulium et universitatis nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere ipsis super hec de opportuno remedio paterna diligentia curaremus. Nos igitur, qui divinum cultum angere christianique populi devotionem conservari ac animarum periculo obviare intensis desideriis affectamur, hujusmodi supplicationibus inclinati prefatis Rectori, Sculteto, Scabinis, Proconsulibus, Consulibus et universitati ut postquam hujusmodi persone, quacumque etiam auctoritate excommunicate et quibus est ut presertur ingressus Ecclesie interdictus, si que ad prefatum oppidum accesserint et ibidem comedendo vel bibendo ac etiam pernoctando seu alia negotia pertractando moram traxerint, etiam si in eodem oppido lares suos foverint vel ibidem aliqua bona immobilia obtinuerint, per Rectorem, Scultetum, Scabinos, Proconsules, Consules, Universitatem predictos realiter de dicto oppido expulse fuerint vel persone ipse inde sponte secesserint, Rector dicte ecclesie, qui pro tempore fuerit, in dicta Ecclesia celebrare ac in eodem oppido in ipsorum Rectoris, Sculteti, Scabinorum, Proconsulum, Consulium et Universitatis presentia, divina officia, excommunicatis et interdictis exclusis, celebrare libere possit, dum tamen oppidum ipsum specialiter non fuerit ecclesiastico suppositum interdicto, nec id Rectori, Sculteto, Scabinis, Proconsulibus, Consulibus et Universitati prefatis conjunctim vel divisim contigerit specialiter interdicti, tenore presentium de speciali gratia indulgemus, apostolicis nec non hujusmodi Provincialibus et Synodalibus Constitutionibus et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, XII. Calendas septembris, Pontificatus nostri anno nono. N. de Rugis Sabaudus et L. de Bononia. Inscriptio pro N. de Piperno. N. de Fregona.

Nach einer Copie von Desrichs Handschrift.

**XXIV.** Markgraf Hermann verspricht der Stadt Perleberg zum Nachtheil keine Mühle zu erbauen, im Jahre 1307.

Nos hermannus, dei gratia Marchio Brandenburgensis et Iusatie et dominus de Hinnenbergk, Tenore presentium publice uniuersis ac singulis profiteamur recognoscentes, quod

nunquam nec vilo vnquam tempore edificabimus aut edificari faciemus Molendinum super fluuiali, quod vulgariter vltrenne appellatur, quod fluuiale situm est extra valnam Ciuitatis nostre perleberg, que ducit ad oppidum wittenbergh. Promittimus similiter per presentes bona fide, quod in nullo loco preiudiciali Ciuitatis Molendinis aut etiam Ciuitati ipsi intra Ciuitatem uel extra aliquod Molendinum construi faciemus. Si vero in aliquo loco vnde ipsi Ciuitati uel Molendinis Ciuitatis preiudicium non prouenerit edificare aliquod molendinum procedente tempore decreuerimus, in hoc dicte Ciuitatis molendinis uel etiam Ciuitati ipsi nolumus, nec etiam credimus derogare. In cuius rei euidenciam pleniorē presentem literam praeate Ciuitatis nostre Ciuibus de certa nostra scientia et consensu dedimus, Sigilli nostri munimine roboratam, presentibus dominis henrico de drenleue, nostro aduocato in Kyriz dicto Selen, nec non presentibus aliis satis dignis. Datum per manum Stothekini, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. II. Non. Junii, actum in villa Lelechowe, anno et die quo Supra,

Nach dem Original im Besitze der Mühleninteressenten zu Perleberg.

### XXV. Dasselbe Versprechen von den Markgrafen Otto und Waldemar, vom Jahre 1307.

Nos Otto et Waldemarus, dei gratia Brandenburgensis, Iusatie et de landesberch Marchiones, Recognoscimus et ad singulorum noticiam tenore deducimus cum presenti, quod numquam nec vilo vnquam tempore edificabimus aut edificari faciemus molendinum super fluuiali, quod vulgariter vltrenne appellatur, quod fluuiale situm est extra valnam Civitatis nostre perleberch, que ducit ad opidum wittenberg etc. — presentibus nostris fidelibus henrico de drenleue ac selen nostro aduocato, Militibus, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum per manum Gherardi de voghedyftorpp, anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. II<sup>o</sup>. Non. Junii, actum in villa lelecow, anno et die quo supra.

Nach dem Original im Besitze der Mühleninteressenten zu Perleberg. Das im vorstehenden Abdruck Fehlende stimmt wörtlich mit der vorhergehenden Urkunde überein.

### XXVI. Bischof Arnold von Havelberg bestätigt die Kalandsbrüderschaft zu Pritzwalck, im Jahre 1307

Arnoldus, Dei gratia Havelbergenfis Ecclesie Episcopus, uniuersis, ad quos presens litera peruenit salutem in virginis filio benedicto etc. — Noverint itaque tam posteri quam presentes, quod nos Calendas, a quibusdam nostre dioeceseos in prepositura Pritzwalck Plebanis videlicet ac ceteris eorum confortiis, ad honorem laudem et gloriam nominis Jesu Christi atque ob salutem animarum suarum rationabiliter institutas, auctoritatis nostre beneficentia confirmamus, concedentes, ut si quid questionis seu controversie inter Calendarum confratres ortum fuerit, coram suo Decano tractetur ac debite decidatur. Eidem quoque Decano conferimus auctoritatem, ut quod canonicum fuerit, faciat per censuram ecclesiasticam sive per officii iuspensionem firmiter observari, ordinaria nostra iurisdictione in hac parte sibi concessa. Preterea cum prememorati Calendarum confratres in anno bis convenientes tres missas, primam videlicet de intemerata Virgine matre misericordie Dei genetrice Maria, ut ipsa ejus benedictum filium pro nobis omnibus interpellat; secundam missam pro defunctis confratribus et benefa-